

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Probe Von Theologisch-Philologischen Anmerckungen
Über Verschiedene Stellen Der Heil. Schrifft Und Andere
wichtige Materien**

Fischer, Johann Rudolf

Zürich, 1739

XXXIII. Praelectio Literaria.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8346

XXIII.

Prælectio Literaria.

Habita

Ad D. 29. Martii MDCCXXXVII.

Speciminis Loco,

Pro

Cathedra Eloquentiæ & Historiarum

Bernensi rite Consequenda

Ad. Inscription. Wetting.

DEÆ ISIDI TEMPLUM A SOLO

L. ANUSIUS MAGIANUS

DE SUO POSUIT VIR AQUEN-
SIS B.

AD CUJUS TEMPLI ORNAMENTA

ALPINIA ALPINULA CONJUNX

ET PEREGRINA FILIA - - X. C.

DEDERUNT

L. D. D. VICANORUM.

*Amplissimi Proceres! Spectatissimi Academiæ
Curatores!*

*Venerabilis Domine Decane! Magnifice
Domine Rector!*

*Venerandi Sacrorum Antistites! Clarissimi
Omnium Facultatum Professores!*

*Auditores Denique Omnium Ordinum Præ-
nobilissimi, Eruditissimi!*

*SI unquam inopinati quid mihi accidit, Præfamer
sane hoc est, quod hac ipsissima hora, histori-
cum. Jubente*



Jubente ita Illustris ac Præpotentis hujus Republicæ Senatu XXVII. Virali, indicto hoc ipso temporis articulo, coram tam splendido compaream Auditorio, ad rationes studiorum meorum reddendas, pro consequenda, si nil obstaret, Eloquentiæ & Historiarum in Patria hac urbe cathedra. Erat ultima Novembris anni præterlapsi (†) qua pro-

(†) Den 30. Nov. 1736. bekame ich die unvermuthete Nachricht von meiner Nomination zu der Wahl vor bermeldtes vacant gewordenes Catheder. Bis den 15. Febr. 1737. als den Tag meiner Abreise hatte ich mit Erhaltung meiner Dimission und Zerstöhrung meiner Haushaltung sc. Geschäfte vollauf. Die, mit zweyen Haupt-Lebens-Gefahren vor mich und die meinigen begleitete verdriesliche und kostbare Reise dauerte bis den 19. Martii. Den 29. ejusd. gienge meine Probe vor obbemeldtes Catheder vor sich; Innert welcher zehn tägigen zwischen-Zeit ich mit Bewillkommung der meinigen und anderer guter Freunden so viel zu schaffen hatte, daß mir nicht einmal so viel Weile übrig bliebe, meine zerstörte Gedanken zu sammeln, und mich im geringsten zu erhöhlen. Wer nun alle diese damal unvermeidenliche Umstände bey sich selbst vernünftig überlegen thut, der wird leichter können schliessen, daß innert einer so kurzen, mit solchen Umständen begleiteten Zeit, nicht einmal vom besten Literator, etwas taugliches von einer so peiniblen Probe, wie die pro Cathedra bey uns de



propter insolitam, ac fere inauditam, universi Cleri Marchici, tam Reformati, quam
Lu-

de jure sind, mit einem Schein der Billigkeit könnte gefordert werden. Da aber dessen ohngeachtet, wider mein selbst eigenes Vermuthen, die meinige dergestalt abgelaufen, daß ich mich derselbigen nichts zu verschämen gehabt; so fließet daraus klar, daß es nichts weniger als human gehandelt ware (ohngeachtet man doch eben damal vor die Profession Human. Literar. disputirte) da man meine abgelegte Probe dergestalt durchzuhecheln gesucht hat, daß weder Ziel noch Masse darin zu erblicken ware. Denn gesetzt, die Probe wäre so elend abgelauffen, wie man solches ausgestreuet (da ich hingegen Gott Lob! von unserm Senatu Academicu damal genug in meiner Unschuld gerettet worden bin) so wäre ich, wegen obbemeldten Umständen, viel eher Mitleidens als Bestraffungs-würdig gewesen. Indessen haben eben diejenige, welche sich ihres lieblosen Urtheils gegen mir schuldig gemacht, dennoch leiden und verdauen müssen, daß unser *Senatus Academicus* der damaligen ersten Probe, nach Recht und Billigkeit, den Vorzug vor allen andern gegeben hat. In welchem Urtheil aber dieses Tribunal niemanden von uns übrigen zu kräncken begehret hat; sitemal judicivse Leute wohl wissen, daß es in der Gelehrtheit und Wissenschaften gradus giebet, wie in allen Sachen, und daß es gar leicht wiederfahren kan, daß eben nicht Ungelehrte durch irgend einen



Lutherani, a Potentissimo Borussorum Rege, prægnantissimas ob rationes, indictam lustrationem,

einen Zufall leichte können den unglücklichen Proben (insonderheit wenn sie nach aller Schärfe des ungeträckten Kriegs-Rechten nach deren Institution gehalten werden) unterworffen seyn; Singegen daß es unmöglich seye, eine dergleichen harte Probe recht Pflichtmässig abzustatten, wenn man nicht einen recht grossen und starken Fonds von einer ungemein grossen und weitläufigen Wissenschaft und Gelehrtheit besitzen thut. Diese Distinction dictirt mir meine Logica Naturalis, denn Artificialem besitze ich keine, als der ich in der Philosophie niemal bin beschlagen, dennoch aber auch nicht vernagelt worden.

Indessen communiciere ich hier meinen Lesern meine damalige Prälection und zwar so unverändert etliche wenige Umstände ausgenommen, wie sie damal in meinen confusen Umständen von mir ist aufgesetzt und gehalten worden. Es ist ein vieles, ich gestehe es unverholen, daran auszusetzen, wäre mir auch ein sehr leichtes gewesen, solche besser auszuarbeiten, welches ich aber aus der Ursache unterlassen, weilen das beste, was man in solchen Sachen producieren kan, nichts als liederliche Muthmassungen sind, die man so geschwind umstossen, als zu Papier bringen kan. Und halte ich überhaupt davor, daß, so lang in dem theuren und unschätzbaren Wort Gottes noch Stellen übrig sind, die aller unser Aufmerk-



tionem, Berolini Marchiæ Metropoleos
versans; *in expectatas certissime, cuius rei Deum
testem*

merksamkeit aufzubieten, es eine sträfliche und
sündliche Sache seye, die edle und kurze
Gnaden-Zeit von deren Verlust wir müssen so
scharfe Rechnung geben, mit solchen eiteln
Dingen zu verderben und zuzubringen. Der
gelehrte Leser wird aber auch nicht übel neh-
men, wenn ich ihm meine Theses, worüber ich
in meiner Probe disputieren müssen, so un-
verändert mittheile, als ich sie empfangen;
die mit einem * bezeichnete sind von meinen
Herrn Opponenten angegriffen worden. Sie
lauteten also:

1. *Quid fuerit apud Romanos Coller-
gium Utriculariorum?* *
2. *Conveniantne inter se Cyli Laconici &
Macedonici?*
3. *Num Archontes Atbeniensium fuerint annui?*
4. *Aes grave Romanorum, fueritne aes
cusum?*
5. *Gebon fluvius an idem sit ac Nilus?* *
6. *Quid Veteres per Camineutas intelleixerint?*
7. *Lares & Penates veterum num inter se
conveniant, & si quædam inter illos
distinctio, quænam illa sit?*
8. *Quid sit Idolum Myobarum (Myobat-
bum) apud Ausonium?*
9. *An Ophir sit Topazus insula Arabica?*
10. *Ubinam Insula Cerne, priscis memo-
rata ponenda sit?*
11. *Quare usus carmitum a Pythagoricis
fuerit prohibitus?* *

VI. Stück.

QI

12:



testem habeo accepi in eis nuncium, me ad hoc munus Professorium ambiendum fuisse designatum a Ven. D. Dachs, Vigilantisimo nostrae Metropoleos, & Classis ejusdem Antistite; Ipsissimo illo momento, quo rediens e concione diserta Cel. & Erud. Elsneri, ad Jesaj. 40: 1. in Templo Cænobiali habita, ædes petebam, more solito ad prandium ibi invitatus, Ill. Domini de Beville, Ducis cohortis in copiis Borussicis, Fortis & Prudentis, Com-Patris, mei & meorum amantissimi.

Eiusmodi nuncius, ut verum ingenue fatetur, primo obtutu, mihi quævis alia tum animo agitanti, erat lætus, glriosus & gaudium, juxta Spréam deambulans, subridens, in sinu fovebam & vultu gerebam. At inter ipsissimas prandii illius confabulationes, & sermones, eadem Vespera cum Viro Prænobil. & mihi amicissimo D. a Scharden (Candidato tum temporis Regio, Pastore nunc Herfordtens. Vigil. Facund. & Erud.) cuius hospitio tum temporis benigne fruebar, habitos, mentem meam, magis magisque stupentem, curæ bene multæ, tenebant suspensam, sollicitam,

an-

-
12. An fragmentum Petronii Albæ Græcæ repertum sit genuinum? *
 13. An detur progressus in Logica probabilium sine cognitione algebræ?
 24. Num Logica sit Scientia practica?
 15. Quodnam sit veritatis criterium? *
 16. Quinam sint articuli fundamentales?
 17. An Reformati non babeant Judicem Controversiarum Visibilem? *



anxiā, hinc inde fluctuantem. Varia mihi obversabantur eventu comprobata incommoda; *Dimissio Regia & Exauctoratio, pro re nata, nimias moras necens; Præparatoria ad Reditum; Iter ipsum 130. Milliarium* (& quidem media in hyeme, qua ipse durus quiescit miles) per saxa, per montes, per loca prærupta, per nives, & si qua horrida alia, & penuria temporis; Hæc, hæc me ancipitem, & totam rem dubiam reddebat, an unquam eventus responsurus esset votis; At omnia hæc diffīllima obstacula Vicit gloria obsequii (& fallacissima spes, impossibilitatem ipsam vanē ridens); Adfuit mihi meisque, gratiōsa sua tutela, Benignissimum Numen, meque, ut ipsimet coram videtis, sospitem salvumque ad Patrios reduxit Lares. Sit Nomen ejus Benedicūm!

Ea nunc res agitur, hoc *Saxum vol-Transitio:* vendum, ut hac hora, in edendo specimine pro Cathedra vacante, incipiam a prælectio-
ne, cuius materiam præscriptam exhibit *In-
scriptio illa Pagi Wetticensis, Vicini Helveticæ
Civitati Aquensi, Thermis saluberrimis & cele-
bratis, Rebellione A. 1712. & Pacificatione
Carolum VI. Imperatorem Romanum inter
& Ludov. XIV. Galliarum Regem A. 1714.*
haud incelebri. *Inscriptio sic sonat.*

*Deæ. Isidi. Templum. A. Solo. L. Anu-Inscriptiō-
suis. Magianus. De. Suo. Posuit. Vir. A-Textualis.
quensis. B. Ad. Cujus. Templi. Ornamen-
tum. Alpinia. Alpinula. Conjunx. Et. Pere-
grina. Filia. * C. X. * Dederunt. L. D. D.
Vicanorum.*

Ne indubiam expectetis *Aud. Prænobil. Erud.* *Inscriptionis* hujus explanationem; Ævonomis vetusto, a nostro nimio hiatu distincto, lapidibus & edaci tempori fuit concridita, quam ut ulli alii rei præter Levisculæ conjecturæ locus supersit ullus, modeste ipsomet id agnoscente *Cel. nostro Viro*, Rei Literariæ Promotore strenuo, in *Erudita sua ad hanc Inscriptionem Disquisitione Criticalia*, inserta Tom. I. Part. X. *Antiq. Novor. Tigur.* mecum benevole communicata, at severa Legge ita in usus meos convertenda, ne apud ipsos iniquissimos rerum arbitros in minimam incidam plagii literarii suspicionem. Excursus inutiles sollicite evitando Brevitatis ero studiosissimus. Adsit modo Benignissimum Numen, & Vos mihi animum præbeatis *Aud. Prænobil. Erud.* benevolum, nec minus attentum.

Origō Divinitas, cui fanum Wettingense dicatur. Supersti-tum, est *ISIS*. Famosa illa Ægypti, quid tioneis Æ-ni universi Orbis Patrona. Paucis tangen-gyptiacæ da origo Idololatriæ hujus Chamicæ, quæ ortum & fontem ex parte debet defectui, literarumque ignorantiae post tempora Diluvii, etenim, quæ de Columnis Sethi garriuntur, inter fabulosa censenda esse, dum demonstrarunt emunctæ naris Viri. Defectum hunc literarum Ægyptii sublevarē studebant figuris suis emblematico-hie-roglificis, Universum Mundi, quo quo patebat, sistema, æternas naturæ Leges, & ejus stupendos effectus, Virtutes, Vitia, ipsamque Religionem sub certis exprimentes externis signis. Egregium institutum!

At



At tale, quod non diu post in pœnitendos degeneravit abusus, fæcundaque matet extitit execrandæ hujus populi superstitionis, deridendæ ab ipsis Paganismi defensoribus; Hinc, hinc lerna illa malorum, qua imperitores, rudes, incauti, subdolis sacrorum Ministris exceptis, pro Junone umbram, pro thesauro carbones arripuere. Ita factum in cultu *ISIDIS*, Ægypti Patronæ, quæ perhibetur esse Jovis Ægyptii Filia, Osiridis soror & conjux.

Eius imago Sindone tegitur, florem sacrum Cultus gerit in capite, & globum aspidibus circum-Isiacus datum, solitum ejus ornamentum, vel modum abundantiae & fæcunditatis symbolos. Nos. No-
lum, seu calathum frugum maturitatis in- men Isi-
dicem. Hinc conjectura universæ pene jus rei em- dis. & cu-
antiquitatis, Divinitatem hanc repræsenta- blema?
re Naturam Universam; In marmore apud Boissardum nomen ei datur: Φυσις παναιο-
λος. Vid. Ill. Cuper. in Apotheos. Homer.
pag. 253. Macrobius Saturn. L. I. c. 20. *ISIS* cuncta Religione colitur, quæ est vel terra, vel natura rerum, subjacens soli. Hinc est, quod continuatis uberibus, corpus Deæ omne densetur, qua vel terræ, vel rerum naturæ altu, nutritur universitas. Idem evincit Inscriptio illa Ca-
puana in Templo S. Bened. apud Grute-
rum pag. 83. TE. TIBI. VNA. QVÆ. ES.
OMNIA. DEA. *ISIS*. - ARRIVS. BAL-
BINVS. V. C. Quibus ad amissim re-
spondet nomen Isidis, quod pure pute He-
bræum, ψι ψι Plutarchus: εγω ειμι παν το γε-
γονος, καὶ οὐ, καὶ εσομένος. Ego sum omne,
quod fuit, quod est, quod erit. Quod utique

*Est eadem
qua Ceres.*

ipsissimum est nomen omnipotentissimi Creatoris, naturæ vires suas indentis; Quod attributum Isidi datum in Inscriptione Saitica in Templo Minervæ. Et Apuleius testatur, *Isidem esse naturam rerum*, cuius numen unicum multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis, aitque Isidin ipsam esse, quam Phryges Deam Matrem, Attici Minervam, Cretes Dianam, Siculi Proserpinam, Eleusinii Cererem, alii Junonem, alii Bellonam, Hecaten alii, alii Nemesin indigitent, hinc a Platone dicta nutrix omnia recipiens. Hinc mammata & spicata in nummis, quo significatur, eam omnibus, animatis & inanimatis, nutrimentum præbere atque alimentum. Hinc Reginæ ad instar in medio mensæ Isiacæ Pignorii repræsentata, cui omnes aliæ Divinitates homagium quasi præstant, quod eodem tendit, & in Ægypto nil resohabat, nisi *cultus Isiacus, Sacra Isiaca, Sacerdotes Isiaci*. Huc collimat Numisma Vetus Hadriani Imp. in quo *Isis puerum Orum uberibus exertis admovet*. Et hinc suspicari licet effluxisse cognomen Cereris *Mammoxæ* apud Lucretium Libr. IV. & *Almae* apud Maronem, miram enim convenientiam Isidin inter & Cererem, harmoniamque inter cultum & ritus utriusque ostenderunt antiqui æque ac recentiores. Ita etiam Isis, ut Ceres diciatur *Legifera*, quæ res utique nos admonet de immobili Universi ordine & æternis Naturæ Legibus huic Systemati ab Omnipotente inditis.

Inde



Inde liquido apparet hujus Divinitatis Ubique
ubique locorum cultæ ratio; Ubique scl- loco um
eadem est mater benigna, provida sua cu- culta.
ra omnium nascentium curam gerens. Nec
unquam mihi persuaserim, historiam Mo-
sis & Miriamnæ tantum strepitum & tam
universalem cultum post se trahere potuiſ-
ſe, adeo ut sub Iſide mysterium, quod-
cunque demum sit, lateat, necesse sit.

Isis dicitur Osiridis ſoror & Conjuſ. Osiris eſt ſol. ab ☽ Lumen, quippe cui ſoli omnia de ſol.
Osiride celebrata conveniunt. Inſignis in
externis occurrit ſimilitudo Imagines inter
Osiridis & Iſidis. Osiris digito os premit,
eſt alatus, gerit ſitulam, quæ omnia ſunt
Iſidis; Hinc in Nummo Juliæ Domnæ
Bachi currui a Centauris traſto inſidentis
latus Isis tegit, quo ænigmate ſignificatur,
Bachum vel Osirin Deæ illius eſſe maritum.
At fi Osiris Solem ſignificat, quid Isis aliud
quam Universum a Sole fæcundatum?

Ex Ægypto hæc Isis cum ſuo cultu tran- Ex Ægy.
ſit ad Græcos. Marmor Diodori Siculi Lib. pro cultus
I. ſic habet: EGO. ISIS. SVM. REGINA. Iſiacus
HVIVS. REGIONIS. A. MERCVRIO. transiit
ERVDITA. QVÆ. LEGE. PER. ME. ad Græ.
cos.
SANCITA. SVNT. EA. NEMO. SOL-
VERE, POTES. EGO. SATVRNI. NO-
VISSIMI. DEI. FILIA. SVM. NATV. MA-
XIMA. EGO. SVM. OSIRIDIS. REGIS.
VXOR. ET. SOROR. EGO. SVM. ILLA.
QVÆ. PRIMA. FRVGES. MORTALI-
LIBVS. REPERIT. EGO. REGIS. HORI.
MATER. SVM. EGO. SVM. QVÆ. IN.
CANIS. SIDERE. EXORITVR. MIHI.



BVBASTOS- VRBS. AEDIFICATA. VA-
LE. GAVDE. AEGYPTE. MEA. NVTRIX.
Famosissimum inter alia *Iidis* erat fanum
apud Phocenses, & Thitorenses XL. stadiis
ab Aesculapii Templo distans, circumsepta
area: Αδυτην ιερον Ισιδος αγιωτατον οποσα Ελ-
ληνες θεω τη Αιγυπτια πεποιηνται, Sacrum *Iidis*
Adytum, omnium Sanctissimum, quocunque Gra-
ci *Egyptiae* Deae dedicarunt. Intrare fas nemini,
nisi quem *Isis* somnio advocare dignata,
non aliter atque in Urbibus supra Mæan-
drum sitis, Dii subterranei per nocturnas
excitant imagines, quos intra penetralia
descendere patiantur. *Iidi* quotannis Ti-
thoreæ celebrantur binæ nundinæ, vere &
autumno. Quibus introire penetralia licet,
tertio ante ambas nundinas die, arcano se-
se lustrant ritu. Post tabernæ ab institori-
bus eriguntur ex arundine, aliave quavis
materia fortuita. Venduntur mancipia,
pecudes, vestis, aurum, argentum. Po-
meridianis jam horis animus ad Sacra ad-
jicitur. Lautiores immolare boves, cer-
vos; Tenuiores, anseres & meleagrides
aves. Sus & capra hostiæ impuræ. Victi-
mæ intra adytum, extructa jam pyra de-
missæ lineis vel byssinis colligabantur vin-
culis. Sacer hic apparatus ab *Egyptiis* tra-
ditus. Pausanias. Lib. X. c. 32.

A Gracis Hoc Pausaniæ testimonium ideo erat af-
ad Germanos. Gallos & Hel-
vetios. ferendum, ut investigare possemus, quo
modo, qua via, cultus hinc *Iiacus* ad nostros
transferit Germanos, atque Helvetios, hæc
enim res *Inscriptionem nostram* proprius tan-
git. Testis nim. est Strabo Geogr. L. IV.
Pho-

Phocenses & cum Phocensibus literas & Religio-
nem migrasse in Galliam, & Conditores extitisse
Massiliæ. Idem afferit Justinus. Histor. Lib.
43. c. 4. Ab his (nim. Phocensibus) Galli &
usum vitæ cultioris, deposita & mansuetata Bar-
baria, & agrorum cultus, & Urbes mœnibus
eingere didicerunt. Tum & Legibus, non armis
vivere, tum & vitem putare, tunc olivam serere
consueverunt; Adeoque magnus & hominibus &
rebus impositus est nitor, ut non Græcia in Gal-
liam, sed Gallia in Græciam translata videretur.
Hinc usus Græcæ Linguae in Helvetia tem-
poribus Jul. Cæsar. exerte dicentis: In ca-
ſtris Helvetiorum tabulas repertas fuisse literis
græcis confectas. & ad Cæsarem perlatas, quibus
in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui nu-
merus domo exiūſſet eorum, qui arma ferre pos-
sunt &c. Lib. I. Quoad cultum Isiacum in
Germania, Tacitus exerte dicit: Pars Sue-
vorum & Isidi sacrificat. Unde causa & origo
peregrino Sacro, parum comperi; nisi quod signum
ipsum in modum Liburnæ figuratum, docet adve-
ftam religionem. de mor. Germ. c. 9. Hinc
ad hodiernum usque diem monumentum
Augustæ Vindelicorum in prætorio con-
ſpicuum. QVEM. MALE. POLLVERAT.
CVLTVRA. NEFARIÄ. DVDVM. GAL-
LVS. MONTICVLVM. HVNC. TIBI.
CISA. TVLIT. In quo tamen insignis næ-
vus latet. Quippe Isidi collis sacer fuit,
non Cisæ. Nec enim Cisæ mons, sed Isi-
di dicitur. Iſenberg. Inveniuntur etiam alia
adhucdum monumenta, quæ Isidi Sacra
in Germania a militibus etiam Romanis cul-
ta testantur. In Belgio, ISIDI. SACRVM.

SEX. POMPEIVS. SEX. L. SYRVS. MIL.
LEG. V. AVG. VS. L. M. Aventinus L.
II. Annal. Bojor. hoc adducit in Bavaria
repertum: ISIDI. MYRIONYMÆ. SA-
CRVM, FESINVS. T. JVLI. SATVRNI-
NI. G. P. P. SERRARHI. POSUIT. FOR-
TVNATVS. EJVSDEM. SER. T. S. FA-
CIVNDVM. CVRAVIT. Cum autem Isi-
dis & Cereris Numen unum idemque sit,
Mythologici utrumque dicunt esse terram.
Servius ad L. 8. Æneid. *Isis autem Ægyptio-*
rum Lingua terra est, quam Isin volunt esse.
Et revera Tacitus nobis egregie plane cul-
tum Isidis seu Terræ apud Germanos ita
depingit: *Nec quidquam notabile in singulis, nisi*
quod (Rheudigni, & Aviones, & Angli, &
Varini, & Eudoses, & Suardones, & Nui-
rithones) in Commune Herthum, id est Terram
matrem colunt, eamque intervenire rebus homi-
nium, invehi populis arbitrantur. Est in insula
Oceani castum nemus, dicatumque in eo vehiculum
veste contextum, attingere uni Sacerdoti concessum.
Is adesse penetrali Deam intelligit, vectamque
bubus faminis multa cum veneratione prosequitur.
Læti tunc dies, festa loca, quæcumque adventu
hospitioque dignantur. - - Donec idem Sacer-
dos satiatam conversatione mortalium Deam tem-
plo reddat. Mox vehiculum & vestes, & si cre-
dere velis, Numen ipsum secreto loco abluitur.
Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit.
Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit
illud, quod tantum perituri vident. de mor.
Germ. c. 40.

Isis est *Isis præterea navigantium erat Patrona.*
navigan- *Hinc Fana ejus ubique ad aquas, flumina,*
tium Pa- *lacus ædificata, quale, secundum Herodo-*
tronæ. *tum,*



rum, in urbe Busiri in medio Delta Ægypti-
sita, & Byzomeneos in Arabia, opus Seso-
stris, cui vicina Insula oleis consita, & ma-
ri circumalluta, cui prope portus DEÆ.
SOTIRÆ. *Servatricis*, quem Principes qui-
dam e maximis periculis liberati ab eventu
rei sic nominaverunt. Diodor. Sic. L. 3.
c. 44. Strabo L. 16. Et Phasim fluvium &
arbem Colchidis intrantibus in ipso ostio
ad sinistram apparebat Phasianæ Deæ sta-
tua, habens in manu cymbalum, & Leo-
nes sub Throno, qua figura pingebatur
mater Isidis *Rhea*, ut Arrianus in Periplo
observat; Sed & ab Isidis nomine *Isis* flu-
vius ab eodem Arriano describitur infra
Phasim stadiis CLXXX. Et imagine forma-
ta, effigiataque *Isis* navi per varios Ægypti-
nos variis stationibus singulis annis defe-
rebat. Hinc cum navi repræsentata in
mensa Isiaca. Hinc navigium Isidis, Baris
Isidis, de quibus Diodorus, Porphyrius &
alii, quæ *Baris* dicebatur, & *Cista*, unde
Sacerdotes Ægyptiaci *Cistiferi* ap. Martialem

Dum te posse negas nisi lato Gellia clavo
Nubere, nupsisti Gellia Cistifero.

Et Barides istæ, cistæ, naves, papyro & arun-
dine confectæ erant. Lactantius dicit:
Quod certus dies habetur in fastis, quo *Isi-*
dis navigium celebratur L. I. & Isidi quotan-
nis mense Martio navigium dicari, onustum-
que muneribus pelago committi solebat.
Lucianus in Dialogo, πλοιον η ευχαι: Η Πρω-
ρα υπερβεβηκεν εις το προσω απομηκυνομενη, την
πιωνυμον της νεως Θεου εχχσα την Ισιν εκατερωθεν,

In



In hocce Luciani loco utique Isis Dea & Tutela fuit, & Parafemon. Et quia Parafemon etiam erat, in prora posita est, qui locus Parafemi, & navi nomen posuit, ut mos postulabat. Hinc Isis apud Veteres ubivis repræsentata in vel *cum cymbio*. Et natus est nummus Victorini Cæsaris, in quo mulier stat *cum puerō HORO*, quem fert sinistra, calatho capiti imposito. Dextro pede terram premit, sinistro navem quasi ascendit. Ad dextram habet gubernacula navis. Inscriptio est: SÆCVLÍ. FELICITAS. Cui inscriptioni consentit Apulejus Lib. XI. Metam. Nam dextra quidem ferebat æneam crepitaculum: Cujus per angustum laminam in modum balthei recurvatum, trajectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos jactus, reddebat argutum sonorem: Læva vero cymbium dependebat aureum: Cujus ansula, qua parte conspicua est, insurgebat aspis. Servius ad Virg. Æneid. L. 8. v. 695. Isis autem est genius Ægypti, qui per sistrum motum, quod gerit in dextro, Nili accessus recessusque significat: Per sistrum, quam sinistra manu retinet, ostendit affluentiam omnium lacunarum, i.e. fossarum, in quas Nilus stagnans recipiebatur.

Et Medicinae.

Non tantum hæc divinitas Ægyptia navigantium, sed etiam Medicinæ erat Patrona; Φαρμακῶν πολῶν προς υγειαν εὐρετίν medicamentorum multorum inventricem (dicit Diodorus Sic. L. I.) a toto orbe venerari ob præsens in medicando numen: Illamque invenisse τοῦ αθανασίας Φαρμακον, quo filium Orum non tantum in vitam reduxit, sed etiam mortalitatis participem fecit. Orum interpretantur Apollinem, qui την τε ιατρικην καὶ την μαντικην ab Iside ma-

tre

tre edocetus est. Dea hæc ΤΥΕΙΑ, Romanis
Salus dicta est. Epidauri Templum ab Antoni-
no Senatore constructum est ΤΥΕΙΑ, καὶ Ασκληπιοῦ,
καὶ Αποθαντοῦ, επικλησιν Αἰγυπτίοις saluti, Ἀσ्कу-
λαπίο, & Apollini Ἀγύπτιος Pausan: I. 2. In
Æneo Claudii nummo SALVS. AVG. in
quo Isis cum sistro & situla. ap. Pignor. in
mensa Isiaca. Hinc hæc divinitas diceba-
tur excæcare, & visum reddere; Diodorus
enim Lib. I. iterum narrat, Ἀγύπτιος tra-
dere, oculis captos, aut alia corporis par-
te laborantes, si ad Deæ hujus confugerint
opem, in pristinum statum restitutos esse;
Adeo ut mirum nequaquam sit, eam salu-
tarem vocari in lapide apud Gruterum, &
P. Quintium pro salute filii sui votum fe-
cisse Isidi, Serapidi, Libero, Liberæ, alias-
que eidem Deæ ex monitu ejus dona de-
dicisse. confer. Kircheri Ἀδίπος Ἀγύπτ. p 2,
Tom. 2. pag. 385. Hinc ejus opem in recu-
perata valetudine experti, tabellas ei suspen-
debant, unde Tibullus

nam posse mederi
Picta docet Templis multa tabella tuis.

Hæcratio, hæc causa Aud. Prænobil. Erud. Ratio cui-
Fani Wettingensis, loci Limago proximi, apud A-
navigatione satis periculosa & thermis salu- quenses.
taribus celebris, in honorem Isidis, nav-
gantium & artis iatrinus Patronæ, dicati, extru-
cti. Etenim Veteres non configiebant ad
causas mere naturales, agnoscebant causam
causarum, pie, quanquam superstitione sibi
persuadebant, cunctis rebus suos præesse
Deos, Deasque tutclares, quibus honor &
cultus



cultus sincera mente præstandus. Cum hac Iside Vir Cel. acute confert statuam S. Venenæ Aquensem, imo putat, forsitan eam antiquitus ipsissimam fuisse Isidin, quanquam huic conjecturæ id refragari videatur, quod Isidi nunquam pecten in manu sinistra, sed potius sistrum tribuatur.

A. SOLO. Huic Isidi Weitingensi TEMPLUM. A. SOLO. EXTRVXIT. L. ANVSIVS. MAGIANVS. DE- SVO. Extra oleas errarem, si multa afferrem de Templorum Origine, & eorum extirctione, munificencia Principum. Fanum hoc dicitur extructum a Solo. Plane acquiesco in obs. Viri n. cl. ex antiquitate Romana ostendentis, Romanos in usu habuisse in omnibus notare ædificiis, a quibus extorta, an inde a fundamentis educta, an solummodo restituta, vel restaurata fuerint. Quod additur **DE.SVO.** DE. SVO. simpliciter hoc est, hunc Virm propriis sumtibus, & nummis, non ex fisco publico, vel sumtibus Provinciæ hoc fanum extruxisse.

Nomen
Viri n.

Nomen Viri hujus Religiosi erat. L. ANVSIVS. MAGIANVS. Vir cæterum in antiquitate ignotus. Hoc certum est, terminacionem nominis, & inscriptionem ipsam morem spirare Romanum. Ratio hujus munificentia erga Isidin videtur fuisse restitutio hujus Viri a morbo aliquo difficiili; Omnibus scl. notissimum, quam salutarem vim, ab omnipotente inditam, virtutemque plurimi in Thermis hisce experiantur Aquensibus.

VIR. A.
QVENSIS Dispiciendum potius, quid sibi velint verba



ba illa : VIR. AQVENSIS. Vir n. Erud. in sua Disquisitione hæc verba explicat, ex Inspectione Limagi & thermarum Aquensis; Hoc modo noster L. ANVSIVS. MAGIANVS fuissest der General-Intendent und Oberaufseher des Wasserwerks zu Baden, so wohl was die Limmat als die Bäder angehet. Præsidium suæ sententiæ quarit ex antiquitatibus Romanis ; In hac nim. Republica Septicollis Curatores constituti erant alvei Tiberini. Suetonius originem hujus officii Cæs. Aug. tribuit. *Quo plures partem administrandæ Republicæ caperent, nova officia excogitavit: Curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis.* in Vit. Aug. c. 37. Antiqua autem Inscriptio Romana clarissime evincit, jam ante tempora AVGUSTI officium hoc fuisse introductum, quod & natura rei utique postulat. Inscriptio illa sic sonat : C. FIBIUS. C. F. RVFVS. SEXT. SOTIDIUS. S. F. STRABO. LIBVSCI. DOMINVS. C. CALPETANVS CESTACIVS RVFVS. M. CLAVDIVS. M. F. MARCELLVS. L. VITELLIVS. C. FIL. VARRO. CVRATOR. RIPARVM ET ALVEI TIBERIS. (NB.) EX. S. C. Horum Curatorum officium erat, alveum Tiberis purgare, ripas reficere, & munire, ne urbs & navigatio ullum caperent detrimentum, terminos etiam statuebant, quoisque habitare in ripa liceret. Hi Curatores nobiliori titulo postmodum ornati dicebantur Comites riparum, & alvei Tiberis. Cum his ergo curatoribus Aquarum Romanis cl. Vir nostrum confert L. Anusium Magianum,



num, simulque dicit, Virum quemdam
Eruditum has voces *Vir Aquensis* explicare
per civem Badensem. Einen Burger von
Baden. Cui explicationi calculum suum
denegat.

AQVEN- At videtur oīnnino, aliud esse Virum A.
SIS quid? quensem, aliud Curatorem Aquensem, & quam-
quam *Vir Aquensis* non simpliciter accipien-
dum sit pro *Cive Aquensi* vel *Badensi*, nihi-
lominus vox *Aquensis* omnino accipienda pro
urbe Bada, non pro *Limago* & *Thermis*; quod
Inscriptio in Templo hujus urbis invenien-
da clarissime evincit, quæ ita sonat:

M. AVRELIO. ANTONIN. CÆSAR.
IMPERAT. DESIGN. M. L. - SEPTIMI.
SEVER. PERTINACIS. AVG. FILIO.
RESPUBLICA. AQVENSIS. Die Republique
und Stadt Baden. In hac ergo Inscriptio-
ne vox *Aquensis* manifeste sumitur pro *Civi-
tate Aquensi*.

VIR quid? Quo sensu autem vox VIR sumenda sit;
etiam inquirendum. *Vir* dicitur a VI. VIS.
a Græco Ζ, Græcum Ζ a Hebruo ז;
quod designat Virum fortem, intrepidum,
spectabilem, virtutibus excellentem, ad
splendida munera vocatum. conf. Vossii
Etymolog. Utique vox *Vir* pro dignitate &
munere accipitur in titulis Duum-Viro-
rum, Trium-Virorum, Quinque-Virorum,
Quindecim-Virorum apud Romanos. Idem
evincit Marmor apud Gruterum pag. 489.
N. 10. ubi hæc legenda Inscriptio: C. VO-
CONIO. C. F. GAL. PLACIDO. ÆDIL.
II. VIRO. II. FLAMINI. II. QVÆSTORI.
SALIORVM. MAGISTRO. Imo quid
multa



multa? ipse n. cel. Vir hanc vocem *Vir* accipit pro dignitate politica, dum eam explicat per Curatorem aquarum, adeo ut VIR AQVENSIS explicandum sit de *Viro* aliquo dignitatibus & munere forsan Senatorio Urbis conspicuo.

Quid vero sibi velit sequens Litera B. non valde est obscurum. Per BALNEATOREM significat hanc Literam cum Vir. n. cel. reddere, est rem. durissimum, noster enim L. ANUSIUS. MAG. ut evictum, *Vir* erat spectatus; E contra quid abjectius Balneatoribus, Pilicrepis, Aliptis, Alipilis, Mediastinis, qui balneis praeerant, illorum curam gerebant, eorumque usibus deserviebant; Ejusmodi Balneatorem vel potius Fornacatorem Commodus, cum forte tepidius lotus fuisse, in fornacem concipi jussit. Seneca: Cum in Alipten inertem, & hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illisæ manus humeris, quæ prout plana peruenit, aut concava, ita sonum mutat. Et alio loco: Aliptam cogita, tenuem & stridulam vocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec unquam tacentem, nisi dum vellit alas, & alium pro se clamare cogit. Quis nunc nostrum L. ANVS. MAG. Virum Aquensem cum ejusmodi furfure miscere vellet? Mit einem Wort: Er ware weder Bader noch Schräpfer.

Literam ergo B. in Inscriptione nostra sed bis explicandam autumno ex inscriptione supra defun-
allata, ubi C. Voconius dicitur fuisse *Ædili-*
lis, bis, Vir bis, flamen bis. Adeo ut nostra litera B. significet, hunc Luc. Anus. Mag. dupli vice, munere eodem spectabili fuis-

VI. Stück. Mm se



se defunctum; Plane ut apud nos in more est positum, ut idem Vir Magistratus, bis, ter dignitatem ornare Satraparum, Tribunorum, Quæstorum &c. possit.

Ornamen- Extructo hoc fano Isidis, honestum uti-
ta T. hu- que erat, ut illud condecoraretur utensili-
jus Isiaci bus, statuis, vasis sacris, sistro, situla, spe-
Wetting. culis, quæ ornamenta Græcis dicta *αναθη- ματα*; Id etiam pro ratione temporum & loci quocunque modo præstiterunt ALPI-
 NIA. ALPINVLA & PEREGRINA. Luc.
 Anus. Mag. Conjunx & Filia, & Pietate in
 Lares Patri nil quicquam cedentes. Gra-
 tias habemus Vir. n. cel. qui obscura hæc
 nomina tantum, quantum expectari potest,
 ex Inscriptione aliqua illustravit Aventicensi.
 Multa bene coacervari hic possent de
 Anathematibus, Ornamentis, Donariis,
 quibus ædes Sacræ ab omni retro ævo fue-
 runt ditatae, at at ratio tandem aliquando ha-
 benda patientiæ vestræ, novem jam speciminibus
 (in quibus omnes thesauri numismatici plenissi-
 mo modo, sæpiuscule præter oleas, fuerunt
 effusi, exhausti) ad incitas & nauseam redactæ
 & proculcatae. Nota est munificentia Israe-
 litidarum specula sua (quicquid fuerint)
 in Tabernaculum Mosaicum afferentium.
 Quam stupenda, quam inexhausta Tem-
 plum Hierosolymitanum utrumque posse-
 derit donaria, apud S.S. & Scriptorem Ju-
 dæum legi, at enunciari non potest! Nil
 dicam de Templo Beli Babylonii, a Xerxe
 opibus omnibus exuti, spoliati, solo æqua-
 ti; Unicum memorandum est de Templo
 Dianæ Ephesino, Herodotum scl. testari
ευθα δη οι Εφεσιοι πολιορκουμενοι υπ' αυτω, ανε-

Γεραν

Θεσαν την πολιν τη Αρτεμιδι, εξαφαντες εκ των γε
χοινιον εστο το τειχος. L. I. a. 26. Ephesios a Cræso
obfessos urbem universam Diana donasse, fune ex
ade Diana ad murum alligato.

Summa Donarii & Ornamentorum Alpiniae & Peregrinæ matris, & filii Donarii
liæ erat X. C. i. e. Denarii Centum. Ita scl. X. c.
figuram illam X. explicandam esse demon-
stravit cel. V. l. c. Denarius est nomen
vere adjективum, & significat numerum
Denarium, eratque e præcipuis nummo-
rum argenteorum generibus. Ab uno la-
tere urbis Romæ galeatum caput cum nu-
meri nota X. habebat. Ita dicebatur,
quod pro Decem assibus in solutionem ce-
debat, quoad, perpetuis bellis vexato &
exhausto ærario, placuit sexdecim assibus
permutari, quod contigit, cum Hannibal
perpetuos sexdecim annos totam crudelissi-
me vexaret Italiam; qui denarii quanquam
ex decem in sedecim asses essent permutari,
antiquum tamen nomen & notam X reti-
nuerunt. Centum autem Denarii secun-
dum computum Harduini efficerent XL.
libras Gallicas. XL. Frandæn. Secundum
computum vero Fred. Gronovii XXX. fl.
Hollandicos. Verum vehemens suspicio
incidit, annon aurei Romanorum nummi
hic intelligendi sint, quos aureos Denarios
Plinius Libr. 33. cap. 3. & Didymus apud
Priscianum Libr. de Ponder. appellant, sive
quod easdem imagines, quas argentei De-
narii ostendebant, sive quod magnitudine
ad oculum non multum ab iis discrepa-
rent. Verum tamen, dicit Brerewood de
ponderibus &c. ex aureis nummis, qui super-
Mm 2 sunt,



sunt, adverto, priscum aureum Romanorum Consulū temporibus procusum duos Veteres Denarios Argenteos ponderasse, ut ex iis, qui supersunt, exploratum est. Aureus Consularis pondere æquivalet Ducatis $2\frac{2}{8}$. Ita centum Denarii Aurei conficerent Summam centum præter propter plus vel minas Ludovic. Nolo de Denariis plura addere, ne dolor ingens renovetur mihi expensorum in itinere meo nummorum, & ultra trecentorum Imperialium. Et vere ridiculum, multa blate rare de nummis antiquis, dum loculi nostri nummis patriis tam probe sint vacui, ut citius telas aranearum, & casei panisque micas inde extraheret aliquis, quam unicum solidum Ludovic. Quæ, ut memini, acerba fuit querela Ill. P. D. Huetii magnam pecuniaë vim in Bibliopoliis effundentis.

L. D. D.
Vican.

Ultima tandem nostræ inscriptionis signa & verba nullam nobis necunt difficultatem; Rationi consentaneum est, cum hoc fanum Isidis de novo a Solo fuerit extructum in loco publico, antehac ejusmodi usui non destinato, illud fieri necesse fuisse consensu Vicanorum, vel Seniorum Wettingensium, penes quos potestas hac in re decernendi, adeo ut hæ litetæ significant: *Locus Datus Decreto Vicanorum.*

Epilogus. Hoc modo Aud. Prænob. Erud. scopulos præterveisti, cæcisque e vadis Limagi emersi petamus portum, & vela contrahamus. Agnoscite mecum ex hisce literis vetustate exesis, mediis in paganismi tenebris, scintillulam pietatis, monumenta egregia animi grati erga supremum numen stabilientis, utinam solummo-



lummodo vestigia hæc premeremus; Miranda naturæ quottidie magis magisque e terræ eruuntur visceribus, omnia clamant stupendam sapientiam, infinitam potentiam, incredibilem bonitatem Entis Entium, & Causæ Causarum, Dei, & cœli enarrant gloriam ejus. Benignissimum hoc Numen beneficiis stupendis nos sibi devincit, & quod omnium Maximum, aperuit nobis miseris, fordibus mundi & peccatorum inquinatis, animo & corpore lethaliter ægrotantibus, thermas salutiferas & fontem apertum sanguinis & Sp. Jesu *σωτηρος* nostri Bethlehemi in Domo Davidis; Huc huc concedite & anxiō Spiritu anhelate, & properate bene loturi fratres. Aqua viva, spiritu sancto & igne dulcissimo temperata, blando marmure jam vos invitat. Jam balneator præcinctus expectat, quod unctui, quod tersui opus est, præbiturus ipsem. His undis sedulo fide & sanctimonia vitae inculpatæ nosmet immergamus, has aquas sitibundi continuo bibamus, hauriamus, & post semel recuperatam animæ salutem huic æterno Numinis sequentem suspendamus in æternum cordis nostri tabulam

DEO. TRIVNO.

PATR. FIL. SP. S.

TEMPLVM. SPIRITVALE. A. SOLO.

VNCTI. TVI. DE. TVO. PONVNT.

AD. CVIVS. TEMPLI. ORNAMENTA

ZION. MATER. ET. FILIAE.

OMN. FACVLT. CORP. MENT. SPIRITVS.

DANT

LOCVS. DESIGN. DECRETO. ÆTERNO.

FIAT. DIXI.



XXIV.

Kirchen-Verfassung

Bei den Hochlöbl. Schweizerisch-
Reformirten Ständen Zürich und Bern.

Betreffend

Die Expectanten im geist-
lichen Stand.

Da die Verfassung, dieser zweyzen Hochlöbl. Ständen von den Verfassungen anderer Protestantischen Dörtern in Deutsch- und Holland d fferirt, und Fremde von der unsrigen keinen deutlichen Begriff haben; als hat mich nicht unnütz zu seyn bedunckt, in diesem Stück eine aufrichtige Relation und hinlängliche Nachricht, von dieser wichtigen Sache, den Ausländischen zum Dienst, und zur Rechtfertigung unserer Kirchen aufzusezen; Und will ich bei den disseitigen Gebrauchen des Hochlöbl. Cantons Zürich den Anfang machen.

Expectanten in Zürich sind eigentlich weder Candidati, noch Pastores, sondern etwas mehr als

* Diese Nachricht ist so beschaffen, wie sie mir von Hrn. Inspector Meister übersandt, nachher aber von einem gelehrten Mann übersehen, und mir sammt Herrn Prof. Breitingers Oration übersandt worden.

